

FRANCISCUS EPISCOPUS Servus Servorum Dei

ad perpetuam rei memoriam. **Qui successimus** in beati Petri locum spirituali totius Dominici gregis bono magna sollicitudine consulere nitimur. Cum vero Exarchia Apostolica MisKoscensis Hungariae magna ceperit incrementa quod attinet ad fidelium numerum atque ad proprium ecclesiasticum patrimonium servans spiritualem fidem, audito Venerabili Fratrem Nostro Cardinale Praefecto Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus, summa Nostra potestate eandem Exarchiam Apostolicam ad gradum Eparchiae elevimus propriis cum iuribus et obligationibus; quam quidem metropolitanam Sedi Haidudoroghensi subicimus atque Venerabilem Fratrem Athanasium Oroz, hactenus Exarchum Apostolicum MisKoscensem, Episcopum eiusdem Eparchiae nominamus, ipsum transferentes a Sede titulari et episcopali Panitana, cum omnibus iuribus ac facultatibus tali muneri adnexis ad normam Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium. Insuper praecipimus ut omnes sacerdotes in territorio Exarchiae Apostolicae ministerium exercentes ipso facto novae Eparchiae incardinentur itemque seminarii alumni ex eiusdem parocciis provenientes novae circumscriptioni ascribantur. Insuper de absoluto negotio sueta documenta exarentur et Congregationi pro Ecclesiis Orientalibus mittantur. Hanc denique Apostolicam Constitutionem iugiter ratam esse volumus, contrariis rebus nihil obstantibus. Datum Romae, apud S. Petrum, die undevicesimo mensis Martii, anno Domini bis millesimo decimo quinto, Pontificatus Nostri tertio.

Petrus Paul. Paroli
Secretarius Status

Leonardus Card. Scaudri
C. pro Ecclesiis Orientalibus Praefectus

Romae cum Mi. Senice, Prot. Oport.

Leonardus Sapienza, Prot. Agr.

